



## TABULAE SEPTIMÆ declaratio.

**S**Eptima dein tabula Hollerlandiæ, Blocklandiæ, Borchveldiæ, & Vuerderlandiæ præfecturarum urbis typum exhibet.

Hollerlandia saltuosa est & à meridie Bremensis diœceseos partem, præfecturam scilicet Langedelam, quæ Verdensem Episcopatum attingit, habet, quem inter primos in Saxonia Corolus magnus fundavit. Ejus urbs primaria Verda quatuor milliariis à Brema distat. In eo quoque situm, Rotenburgum oppidum cum arce & in remotiori loco Albim & Essam versus Ramsola,

Blocklandia inter Vuerderlandiam, & Hollerlandiam, media Vuumma fluvio piscoso irrigata latissimis pascuis abundat.

Idem Vuumma Borchveldiam, cujus dimia pars Brandorum familia patricia & antiquissima, alluit.

Contigua est Blocklandia Werderlandia, quæ inter Visurgim & Vuummam, quæ tum æstum, accessum videlicet, & recessum admittit, & nomen mutans Lessen vocatur, includitur. Adhujus angulum extremum Lessen in Visurgim se exonerat.

TA.